

Psalmus

XLVII

et ipse illos dicebat filios viperarum. Nunquid abraam
 vipera erat? Sed quia male viuendo demones imi-
 tati erant: et eorum filij facti erant: quos imitando ma-
 le viuabant. Progenies iquit viperarum: quis vobis
 ostendit fugere ab ira ventura? Facite ergo fructum
 dignum penitentiae: et nolite dicere apud vosmetipsos:
 pariter habemus abraam: et quasi supbire de genere abrae.
 Potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios
 abrae. Non enim remansit est abraam sine filiis: si vos
 damnauerit deus: potest enim et damnare quos odit: et illi red-
 dere quod promissit. Et unde illi redditur? est filios: si
 damnaret hebreos de carne eius progenitos: de la-
 pidibus istis: ostendebat illis lapides in eremo. Qui
 erant lapides nisi gentes: quae lapides adorabant: La-
 pides quare: Adorando lapides: dicti erant lapides:
 quia psalmus praedixerat: similes illis fiant qui faciunt ea: et
 omnes qui confidunt in eis. Tamen de istis lapidibus red-
 didit filios abrae. Hodo oes qui lapides adorabant:
 conuersi ad deum: filij abrae facti sunt: non ducendo
 ab illo carne: sed imitando fidem. Principes quoque popu-
 lorum conuersi sunt cum deo abraa. Principes ipsorum: ge-
 nium principes: non vni? populi principes: sed princi-
 pes ipsorum omnium conuersi sunt cum deo abraa. Et ipse
 principibus erat: et iste centurio: de quo modo euangeli-
 um cum legeret audistis. Erat enim Centurio habens
 honorem et potestatem inter homines: princeps erat
 de principibus populorum. Venit enim ad se christo obuia
 militum amicos suos: immo vero transiuro christo mi-
 sit amicos: et rogauit ut curaret puerum eius qui pe-
 riculose infirmabatur. Et cum vellet ipse dominum venire:
 hoc ei mandauit: Non sum dignus ut sub teum metum
 intres: sed tantum dic verbo: et sanabitur puer meus.
 Nam et ego homo sum sub potestate constitutus:
 habens sub me milites. Videte quemadmodum tenuit
 ordinem. Prius commemorauit quod sub alio esset: et po-
 stea quod alij sub illo essent. Sub praetere sunt: et in praetere sunt:
 Et sub alij sum: et super alios sum: Et dico huic vade: et
 vadit: et alio venit: et venit: et seruo meo fac hoc et facit.
 Tunc dicit: Si ego sub potestate constitutus iu-
 beo illis qui sub me sunt: tu qui sub nullius potestate
 positus es: non potes iubere creaturam tuam: quoniam omnia
 per te facta sunt: et sine te factum est nihil: Dic ergo ver-
 bo inquit: et sanabitur puer meus. Nam ut in domum
 meam intres: non sum dignus. Repudiavit christum
 mittere intra parietes suos: et iam intus erat in corde
 eius. Jam erat anima eius sedes illius: iam ibi sede-
 bat ille qui humiles requiebat. Conuersus denique
 christus: miratus est: et ait sequentibus se: Amen dico
 vobis: non inueni tantam fidem in israel. Et sicut alij eu-
 gelista eandem rem narrat: sequitur dominus et dicit: Ideo
 dico vobis: quia multi ab oriente et occidente venient et
 recubent cum abraa et isaac et iacob in regno caelorum.
 Iste enim centurio non erat de populo israel. Nam in populo
 israel: supbi repellentur a se deum: in principibus gentium
 inuentus est humilis qui ad se inuaret deum. Admi-
 rans iesus fide ipsius: reprobatur per dies iudeorum. Sani
 enim sibi videbant: et periculosius egrotabant: quando
 medicum non cognoscentes occidebant. Cum ergo reproba-
 ret et repudiaret illos supbia: quid ait? Ideo vobis
 dico: quia multi ab oriente et occidente venient: non pri-
 ntes ad cognationem israel. Venient multi quibus di-
 xit: Omnes gentes plaudite manibus: et recubent cum
 abraa in regno caelorum. Non illos genuit carne sua

abraa: et venientes recubent cum illo in regno caelorum:
 et filij ipsius erunt. Quare filij ipsius? Non nati de car-
 ne: sed sequendo fide ipsius. Filij autem regni: id est iudei
 ibunt in tenebras exteriores: illic erit ploratio et stridor
 dentium. Damnabunt in tenebras exteriores qui
 nati sunt de carne abrae. Et recubent cum eo in regno
 caelorum: qui imitati sunt fidem abrae. Merito ergo et
 hic principes populorum conuersi sunt cum deo abraam.
 Et quid illi qui pertinebant ad deum abraa? Quom-
 niam dii fortes terre valde eleuati sunt. Qui erat
 ovis: Populus ille dei: vitis illa dei: de qua
 dicitur: Iudicate iter me et inter vineas meas: Ibi
 in tenebras exteriores: non recubent cum abraa et isaac
 et iacob: non conueniunt cum deo abraam: Quare?
 Quoniam dii fortes terre. Illi qui erant dii fortes
 terre: presumpti de terra: de qua terra: De se ipsis: quia
 omnis homo terra. Homini enim dicitur est: Terra es
 et in terram ibis. Debet autem homo de deo presumere:
 et inde sperare auxilium: non de se. Non enim terra pluuit
 sibi aut lucet sibi. Quomodo autem terra de caelo ex-
 pectare misericordiam et veritatem. Illi ergo dii fortes
 terre: valde eleuati sunt: id est valde superbi sunt: non
 sibi medicum necessarium putauerunt: et ideo in sua
 egritudine remanserunt: et ipsa egritudine ad mortem
 perducti sunt. Praecisi sunt rami naturales: ut humi-
 lis inferret oleaster. Quoniam dii fortes terre valde
 eleuati sunt. Teneam ergo fratres humilitate: cha-
 ritatem: pietatem: quia reuocati sumus illis repro-
 batis: vel illos exemplo supbire timeam? admoniti.
 Explicit tractatus de ps. XLVI.
 Incipit tractatus de ps. XLVII.
 Titulus psalmi est: Laus cantici filijs
 chore secunda sabbati. De hoc quod
 dominus donare dignabitur: excipite tanquam
 filij firmamenti. Secunda enim sabbati: id est post di-
 em primum quem dominicum dicimus: que etiam se-
 cunda feria dicitur: factum est firmamentum caeli: im-
 mo firmamentum caelum. Caelum enim vocauit deus fir-
 mamentum. Primo autem die lucem fecerat: et a tenebris
 diuiserat: et vocauerat lucem diem et tenebras noctem.
 Sicut autem indicat psalmi huius contextio: aliquid
 etiam hoc locum est deus in illo opere suo: quod comple-
 retur in nobis cum gaudio: et in huius creaturae con-
 ditionem: secula cucurrerunt. Non frustra enim domi-
 nus ait de moysi: De me enim ille scripsit: nisi quia oia
 que scripta sunt: etiam cum deus corderet creaturam: pos-
 sunt interpretari ad significationem futurorum: ut in-
 telligas deum fecisse lucem: cum christus a mortuis
 resurrexisset. Tunc enim reuera illa lux diuisa est a tene-
 bris: quando immortalitas a mortalitate discreta est.
 Quid ergo sequitur: nisi ut capiti etiam corpus fieret
 quod est ecclesia: Denique est etiam ps. de prima sab-
 bati: in quo aptissime resurrectio domini declaratur.
 Ibi enim dicit: Tollite portas principes vestras: et ele-
 uamini porte aeternales: et introibit rex gloriae. Quid
 euidentius quam christum esse regem gloriae: De quo di-
 ctum est: Si cognouissent: nunquam dominum gloriae cruci-
 fixissent. Secundam ergo sabbati non debemus intel-
 ligere nisi ecclesiam christi: sed ecclesiam christi in
 sanctis: ecclesia christi in his qui scripti sunt in caelo:
 ecclesia christi in his qui mundi huius temptationibus
 non cedunt. Ipsi enim digni sunt nomine firma-
 menti.